



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. Quibus casibus cesset remedium rescindendæ venditionis ob læsionem ultra, vel infra dimidium; & an locum habeat etiam in aliis contractibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

o. cum d. lecti 3. & cap. cum causa 6. h. 1. ita tamen ut in arbitrio emptoris sit alter- utrum eligere. Si verò emptor plus ultra dimidium iusti & summi pretij solverat, & sic ultra dimidium iusti pretij læsus fue- rat, valet quidem etiam in hoc casu talis emptio, in electione tamen emptoris est, vel petere rescissionem contractus talis, vel restitutionem pretij, in quo læsus fuit. Quod si tamen læsio nec excedat dimi- dium iusti pretij, nec ab hoc deficiat, nulla quidem in foro externo civili taliter læsio conceditur actio (ut ne ex quavis læsione nimium lites multiplicentur) in foro tamen conscientie, etiam taliter lædens, si læsio fuit peccaminosa, ad restitutio- nem obligatur (cùm emptio talis, & ven- ditio sit contra iustitiam commutativam) nisi de condonatione ex conjecturis præ- sumi possit.

## §. VI.

*Quibus casibus cesset remedium rescindende venditionis ob læsionem ul- tra, vel infra dimidium; & an lo- cum habeat etiam in aliis contractibus?*

**A**d primam quæstionem responderetur cessare hoc remedium (saltem quo ad forum externum) Primò quando res empta, aut vendita ultra dimidium iusti pretij casu fortuito perit, cùm in tali casu locum non habeat optio rescindendi contractus, & rei restituendæ, quæ casu fortuito perit, neque supplere pre- tium rei, quam non habet, teneatur de- terminatè emptor, nisi in foro con- scientie, ratione injustæ acceptionis, cujus conscius fuit emptor, aut venditor

rei, quæ casu fortuito perit, teneatur. Secundò cessat hoc rescindendi bene- ficiu, si quis, non generaliter tantum, sed specialiter, & expressè beneficio huic renuntiavit, præsertim accedente ju- ramento, cùm ob renuntiationem saltem expressam, quam de beneficio in sui læsi favorem concessio, facere potest, ex- cessum & defectum videatur condonare, nisi læsio sit gravissima, & valde enormis, ad quam specialis etiam talis, & jurata renuntiatio, non videtur se extendere. Tertio cessat hoc beneficiu contra tertium possessorem, si titulo oneroso ac justo pretio, & bona fide rem talem acquisivit, cum in tali casu hic tertius possessor, nec læserit infra justum pre- tium, nec de læsione facta scientiam ha- buerit.

Ad secundam quæstionem. 2. locum habere hoc remedium etiam in aliis con- tractibus onerosis reciprocis, in quibus utrinque datur aliquid & accipitur, in quibus sicuti non conceditur actio ob quamlibet læsionem, sed tantum ob læ- sionem ultra dimidium, ita etiam reme- dium dari debet ob hanc ultra dimidium læsionem.

## §. VII.

*An Emptioni & venditioni licitè addi possit pactum retrovendendi, vel redimendi.*

**R**esponderetur licitam esse venditio- nem cum pacto redimendi, sive ad certum tempus pactum hoc additum sit, sive quocumque voluerit, sive in gra- tiam solius venditoris additum hoc pa- ctum sit, ut hic scilicet, oblato pretio,